10

IVRIS SCRIPTVM

Super articulo, quod non debeatur interesse lucri cessantis, & damni emergentis.

CREDITORIBVS

Ill. Io: de Zeuallos Ducis Hostuni.



Donec ei de interesse satisfiat à Rege Domino nostro.

Regius Cons. Dom. D. Blasius Boliaga Commissarius.

Clauelli Act.

Iesus cum Maria sit nobiscum in via.



Ne hac in causa videamur ire per exstremum funem; & clauã velle extorquere Herculi, ponentes super tabula articulum palatui, (vt audio) aliquorum, asperum ac insuauem. Visum est ad explanandum iter, (qui talibus impeditissimus se præbet,) afferre ante omnia votum consummati viri, quin, & totius Supremi à latere Senatus, vt de mulcto gutture, hoc suaui intingulo, possit in corde talium, pharmacum solidissimæ doctrinæ, & pure veritatis, (quę aspera in vias planas reddet,) in causa secundi Iobbi (*Ducis Ostuni inquam*) sensim penetrare. Votum igitur æqui, ac recti ministri, Regentis Matthiæ Casanate tale fuit.

Otra vez è respondido à esta consulta, però por obedezer el orden de Su Excelençia dire agora lo que en razon de este negoçio se me ofreze.

El Duque de Ostuni con las reuoluziones passadas ha perdido mucho, porque toda su hazienda la tenia con la Corte, la qual hasta agora no le à dado ninguna satisfazion, y anzi se halla con el daño, y sin la refeçion que espera, imposibilitado de poder pagar à sus Acrehedores el capital que les deue ni los ynteresses, y hauiendo suçcedido este daño por causa general ynopinada, y sin culpa del Duque Pareçe que *de razon, y instiçia* se deue *repartir* entre el Duque, y *sus Acrehedores*

perdiendo el Duque lo que no puediere cobrar, y suspendiendo los Acrehedores la cobranza, y *ynteresses* que se les deuen, hasta que se mejore su estado, reçibiendo alguna satisfaçion de la gran perdida que ha padezido, en la qual *siendo general deuen todos contribuir, porque* pareze *summo rigor* que el Duque aya perdido la Hazienda en cuya confianza *contrattò*, y que sus Acrehedores queden sin ningun daño ni perjuiçio.

Demas de la sobredicha razon, y fundamento general militan en el Duque algunos particulares, porque es notorio que para prestar ala Corte çien mil ducados los tomò dalos banços de la Annunciada, y Monte de la Piedad, y empeño 400.m.ducados de fiscales, y si la Corte pagasse esta deuda la qual verdaderamente es suya podria el Duque con este effecto dar grande satisfaçion a sus Acrehedores; y *desta misma calidad tiene con la Corte el Duque otros creditos*, de manera que se puede dezir *que no es el Duque el deudor sino que lo es la Corte porque por su causa, y por su beneficio se han contraydo estas deudas.*

Quando se juntaron los hombres de negoçios en mi casa a consultar el decreto general todos resoluieron que Gaspar de Romer, juan de Vanden ynden, y el Duque de Ostuni no deuian estar comprehendidos en el decreto, però por conseruar su reputaçion di jeron que el decreto saliesse jeneral sin excetacion de estas personas però quel el Comissario quando se hiziesse alguna ynstancia executasse esta resoluçion, y no diesse lugar a que estas tres personas se molestassen por capital ni terzias hasta que la Corte les diesse alguna satisfaçion de lo que le deue. *Quando yo hi-*

ze

ze relacion en Colateral delo resuelto por los hombres de negoçios en razon del decreto Ieneral *se me ordeno que no proçediesse contra estas tres personas por las causas referidas, y quedo notado por el Secretario del Reyno*, el Colateral ha hecho a S.E. vna consulta en fauor de Gaspar de Romer; y Iuan de Vanden ynden con la qual se ha conformado, *y pareze que se deue hazer lo mismo con el* Duque de Ostuni por estar assi apuntado por los hõbres de negoçios *y el Colateral*, y porque milita la misma razon, Napoles 17. de Agosto 1649.

Matias de Casanate.

Quod ab omnibus alijs creditoribus; qui vsque adhuc assignamenta receperunt obseruatum est, Nullus enim habuit *interesse*, & contenti de capitali remanserunt, Nisi Octauius Vulpis, quique maioribus ac durioribus conditionibus petijt assignamentum, vt fol. 798. vol. 4.

Hunc autem debere esse contentum, & transire per viã, per quã alij transiere, & nullum ei esse faciẽdum assignamentum pro *interesse*, fundabimus.

Hic enim die 1. Iunij 1647. *mutuauit gratis per octo dies* dicto Duci ducatos 4700. quibus octo diebus elpassis, ratione lucri cessantis, & dãni emergentis, deberetur, ei solui interesse, singulis annis ad rationem ducatorum septem pro centenario fol. 39. in 1. vol.

Notorium, *& quam notorium*? est triginta septem dies post factum dictum instrumentum, nempe die 7. Iulij Ciuitatem, ac Regnum totum, horrendis turbinibus, & dira tempestate reuolutionum fuisse quassatum, & Ducem ipsum (inter omnes)

in-

incendijs,furtis,rapinis, nece filij, iactura totius patrimonij fuisse tentatum per omnia. Deinde, a carceratione quatuor annorum vexatum,nuncque vexari vt altero *Iobbo*,illum comparasse, non fuerit hyperbolicæ.

Sed inter omnia ista,illud quod est summum malorum,quodque cõstat liquidissime per consultationem Regiæ Cameræ Summariæ factam de ordine Suæ Maiestatis,auditis omnibus creditoribus,& nuncupatim dicto *Vulpe*, esse liquidum creditorem per contractus iuratos Regiæ Curiæ in ducatis 470.m. capitalis vltra totidem summam,quæ indiget liquidatione,cum dicta summa ducatorum 470.m.sit iam liquidata,& liquidatio subscripta ab Fisci patrono Regij patrimonij.

Constat etiam ex geminatis literis *Regis Dom. Nostri*,non posse ipsum D.N.Regem soluere,& satisfacere dicto Duci, *ob alias maiores necessitates Maiestatis Suæ*,sicque nunc,& secundum præsentem statum Ducem carere,& esse priuatum tam ingenti credito. Quod vnum esset sufficiens ad depauperandum,decoqui faciendum ditissimam domorum cuiuscunque negotiatoris,quę sit non dixerim Neapoli,sed in Europa. Hæc notoria sunt,vt reticeam, quod ex ordinationibus generalibus pro dotanda arce militari, Dux perdidit alios ducatos 350.m. detractis ex functionibus fiscalibus,ac ex arrendamentis,ex officijs,& alijs iuribus,quæ dicta die primo Iunij 1647.possidebat.

Sedatis reuolutionibus,statim ex mole creditorum contractorũ,vt mutuans seruiret Regi,ipsique in grauissimis angustijs subueniret, fuerunt omnia reli-

reliqua bona ipsius Ducis posita *sub sequestro*, neque *mobilia* ipsi relicta, vt in toto processu patet.

Quinimmo non solum sequestrata bona omnia, sed decreto Collateralis Consilij fol. ei *interdicta administratio, & prouisum, quod nõ contrahat.*

Vnde omnia prædicta effecerunt, vt *Dux* cum nullo prædictorum suorum creditorum fuerit in mora, sed signanter cum dicto *Vulpi*, Nam si instrumentum fuit factum *trigintaseptem dies* ante reuolutiones, & finitis reuolutionibus, Duci statim fuit *interdicta administratio*, & statim omnia bona sua posita sub sequestro, nullam omnino moram cõsiderari potest in Duce.

Quia generaliter illud verum est, iustam causam excusare à mora *Cagnol.in l.quod te* 5. *num.* 42. *ff. si cert.petat.Franc.Niger, Cyriac.controuers.* 540. *nu.* 51. qui allegat concordantes, & in *controu.* 103. *& controu.* 374. & difficultatem excusare à mora, fundat *Seraph.decis.* 1059. eleganter *Fachin.controuer. iuris lib.* 2. *cap.* 91. per totum, vbi id fundat pluribus iuribus allatis, & resolutis omnibus cõtrarijs, *Menoch.de arbitrar.cas.* 220. *num.* 50. cum sequentibus.

Sicuti sequestrum factum super bonis debitoris excusare à mora dixit *Niger Cyriac.controu.* 140. *nu.* 51. relatis duabus *Rotæ* decisionibus apud *Seraph.* 912. *&* 919. mora enim debet esse *inexcusabilis*, quia difficultas, siue qui vis casus aduersus, qui impediat obligatum, ne adimpleat obligationem, excusat eum à mora, & tarditate, vt latè cumulat, & sequitur *Forcatul.tract.de mora, par.* 3. *num.* 1. *tom.* 6. *part.* 2. fol. 428. quem allegat, & sequitur *Scacc.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *num.* 100. vers. *amplia primo*, *Camill.de Medic.cons.* 39. *num.* 15.

Dant

Dant exemplum, si debitor sit effectus *pauper*, vel passus est magnas ærumnas, & calamitates, quia hic in nullam moram incurrit.

Sublata mora nullum debetur interesse, quia est impossibile oriri interesse, siue sit lucri cessantis, siue damni emergentis absque mora, vt habet tex. in *l. cum quidam*, §. *si pupillo*, *ff. de vsuris*, ibi, *vsuræ enim non propter lucrum petentium, sed propter moram nõ soluentium infliguntur*, idem habet tex. in *l. mora*, §. *in bonæ fidei*, *ff. de vsuris* cum mille cõcordantibus apud *Fontanell. decis.* 90. *Seraph. decis.* 1427. *Ludouis. decis.* 248. *Larrea decis.* 480. *num.* 27. *Niger dictis controu.* 103. 374. *&* 540. *Camill. de Medices dicto cons.* 39. & hoc in iure nullum habet scrupulum *Forcatul. tract. de mora* 2. *par. ex num.* 1. *Cagnol. in l. curabit num.* 52. *&* 53. *C. de act. empt. Sot. de iustit. & iur. lib.* 6. *quæst.* 1. *art.* 3. *concl.* 4. *Salas de contractib. tract. de vsur. dub.* 18. *nũ.* 4. *Castill. quotid. controu. lib.* 2. *cap.* 1. *ex num.* 57. *Hermosill. ad glos.* 4. *nu.* 21. *l.* 10. *tit.* 1. *par.* 5.

Cum enim mora sit delictum, & culpa, *l. inter stipulantem* 83. §. *stichum decesserit, in fine de verb. obligat.* non potest imputari non valenti soluere, quasi tunc non dicatur negligere, aut differre, *l.* 1. *ad finem, C. de annal. except.* maxime quando difficultas soluendi superuenit *aliquo casu fortuito, aut facto alicuius tertij aduersus, quem non potest haberi regressus*, tunc enim difficultas soluendi excusabit debitorem etiam quantitatis, vel generis, *Soccin. cons.* 287. *num.* 31. *Aretin. in l. quod te, ff. si cert. pet. Gratian. cap.* 243. *ex nu.* 50. aliud est quando difficultas inerat à principio, quod non fuit in casu nostro.

Et licet hoc aliqui intelligant in interesse *lucri cessan-*

Tantis ex doctrina *S.Antonini in 2.par. summa,tit. primo*,§.22. *fol.mihi* 31.à tergo,vbi dicit,*tamen in omni euentu non videtur honestum petere pœnam immo,nec etiam licitum, quando debitor sine culpa sua factus est impotens ad soluendum,& ideo puniri non debet, & idem videtur dicendum quantum ad lucrum cessans, quod scilicet non debeat illud exigi quando ex impotentia non soluit*. Hæc ille *Sanctus*, quem sequuntur *Angel de Clauasio in summ.verb. pœna,nu.*13.*in fine, Syluester in summ. eodem verb. num.*18.*Tolet.in summa cap.*32.*lib.*1.*Afflict.decis.*20.*nu.* 3. *Minad.decis.*17.*Marta decis.*165.*nu.*10. *Ant. Leongill. de priuil. pauper. priuileg.*190,*Manent.decis.*61.*num.*44.*Rota Genua decis.*99 *in causa,& in fine num.* 3.*Rebuff.* & alij, quos allegat, & sequitur *Carleual lib.*1.*tit.* 3.*disp.*8.*num.*3.

Tamen aduertendum est, quod prædicti loquuntur solum quando mora *causatur à paupertate, & inopia debitoris*, secus autem si cum paupertate, & inopia adsint *alia iusta causa*, prout est casus noster,& videtur esse casus *decisionis* 17.*Minadoy* in fine,ibi, *& quia cum Vniuersitas illa fuerit passa magna damna,& erat implicita debitis taliter quod satisfacere nequiuerat decreuit consilium,quod non tenebatur.*

Et licet non me lateat, *Modernum de vsuris*, nihil facere hãc *decisionem S.R.C.Neapolitani*, & cauillare *textum à Minadoo* allegatum.Tamen *ille* verius, catamidiari debet. Et authoritatem nostri S.R.C.suspiciẽdam;vt omni æuo magni nominis I.C.fecisse scimus;vt vltra vulgatum locum *Decij* habent *Baiard.ad Clar.quæst.* 97.*fol.*692. *Medices exam.*10.*num.*57.& alij.

Dicit ipse contra *Minadoum*, hunc articulum ad ni-

hilum deseruire.Quia si debitor est potens soluere,interesse illud soluat. Si non potest,quia non habet,*inanis est actio,&c.* & sic articulus non occurrit. Digna sanè ratiocinatio; sed excusemus benignè, *Præsidentem* in Senatu, *sine territorio*, vt habent *Hortellius 3.par.Ruscell.ad Ptholomeum* in descriptione Galliæ, & *Ioannes Boterus* (licèt illud amplificet) *in descriptione illius comitatus fol.689*. dixi sine territorio, quia ideo sine causis, sine experiẽtia graduationũ,& creditorũ concursuum,vt *Minadous* expertus fuit, & qui vitam ducimus in S.R.C. experimur indesinenter. Fallitur ille,tam respectu *debitoris*,quam aliorum *creditorum*,posteriorum concurrentium, Respectu debitoris;quia in omni negotio; inter extrema, datur mediũ,& sic medium,inter potentiam; & impotẽtiam.Dux est soluendo,& non soluendo;decoctor & non decoctor. Si Rex D. N.dignabitur soluere, quod ei debet.Si expignorabit duc. 400.m. à Bãco A.G.P.dimittet omnes creditores, & remanebit ditissimus, ac alius quisquiam, qui sit in Regno.Ergo hic est casus medius,quem non attigit ille *modernus*.Quid interim est faciendum? excoriandus nè,vt dicit ipse, an misericorditer agendum,vt *Minadous*? immo verius S.R.C. ? Respectu aliorum creditorum,qui sũt posteriores; istorũ interest, inficiare anteriores creditores, ne (ob damna,& impotentiam sublata mora) illis detur interesse,vt intrent ipsi,pro suis capitalibus. Isti dicere possunt,& opponere, quod ille modernus dicit non posse opponere debitorem, vt de facto opposuerunt fol.716.& fol. & sic non est inanis articulus,sed necessarius,& qui quotidie accidere potest.

Et

Et male etiam reprehendit *Minadoum*, quasi non intellexerit tex. dicēs, quod ideo debitor excusatus ibi fuit à mora, quia ille pupillus nō habebat tutorem, & sic debitor non poterat soluere. Quia aduertatur, quod *Minadous* vir doctissimus, agnoscens, difficultatem, non allegauit tex. simpliciter, sed *totum textum*, ibi, *decreuit Consilium, quod non tenebatur, l. cum quidam, §. si pupillo*, vbi *totus tex. ff. de vsuris*, & bene dixit *totus tex.* quia licet, ibi, *Paulus* ponat casum *in pupillo*, tamen ratio decidendi, quā subdit est genaralior dicto, & sic est regula vniuersalis, qua deciditur casus specialis, in illo pupillo, nō habente tutorem: facit ergo illationem postquā posuit casum in pupillo, per hęc verba; *ergo nec ei debetur, qui quod reipublicæ causa abfuerit, vel ex alia iusta causa impeditus, ex qua restitutio indulgetur petere non potuit*, & infra, *vsuræ enim non propter lucrum petentium, sed propter moram nō soluentium infliguntur*, ac si diceret, ille qui propter damna passa non potest soluere, non est in mora; ergo ei non infligitur vsura, quia in illa non consideratur lucrū creditoris, sed mora debitoris: benè ergo decreuit *Consilium* vniuersitatem illam, quæ passa erat tot damna, & implicita debitis non esse in mora, & sic absoluta ab illo interesse.

Sic etiā quia Duci fuit interdicta administratio, & prouisum, quod nō contrahat, & omnia bona sua esposita venalia, & prouisum adiudicati creditoribus, hic nullum debet interesse, neque damni emergentis, *Tū quia nūquam debetur interesse pendente iudicio subhastationum*, non solum propter interesse ipsorum met debitorum, sed *pro interesse aliorum creditorum posteriorum*, vt latissimè, &

 ele-

eleganter fundat *Niger Cyriac.controuer.* 374. omnino reuidendus, vbi ex nu. 3. declarat *decisionem* 262. *Surd.* quod ille creditor obtinuit interesse post subhastationes, & post interdictam administrationem, quia illa *Furga debitrix* negabat cõstantissime debitum, & sic non erat alias satisfactura, subdens, quod si concurrerent ea, quæ concurrunt in casu nostro, *Senatum* illum non esse daturum interesse. Quia interdicta administratione dicitur impeditus debitor, & sic non in mora, & excusatus, *quia non habet rem in sua potestate*, quia bona sunt reposita in manu Senatus, quia non impediuit creditores, vt haberent assignamenta, subdens notabiliter, quod cum extiterunt semper bona sufficientia pro solutione, & nõ procurauerit creditor assignamentum adhibendo diligentiam, & vtendo iuris remediis concludit num. 8. 10. & 18. *nullum deberi interesse, neque lucri cessantis, neque damni emergentis*, & dicit, quod quia in istis iudiciis facta generali oblatione bonorum per debitores *ad eos amplius non spectat cura sollicitandi solutionem.* Sed creditores instare debent, vt eam consequantur, quæ omnia partim habentur per *Manent. decis. 61. nu.* 41. qui loquitur quando est interdicta administratio, & bona manent sub Iudice, & per *Seraph. decis.* 912. *num.* 4. quod interesse moræ, non potest considerari in non soluente, quod extrinsecus sine culpa sua accidit extra corpus suæ obligationis, *si absit culpa, & dolus non soluentis*, sequitur *Camill. de Medic. cons.* 39 *num.* 15. vbi sic dicit *secundo mora deficit stante impossibilitate, & impotentia in qua notorie reperitur soluendi dictas tertias, quoniam fuit omnibus bonis, & eorum administratione penitus*

ius priuatus, *tum quia est carceratus ex quibus RATIO NATVRALIS DICTAT, ET OMNIS ÆQVITAS EXCLAMAT*, *&c.* & multo magis à periurio,& pœna excusatur, & allegat plura *iura*,id dicentia.

Concludentes ergo quo ad interesse lucri cessantis licet dictus *Vulpe* probauisset requisita sine quibus impossibile est illud dari absque labe vsurariæ prauitatis, vt habent omnes præallegati post *Afflict.in dicta decis.*20.*ante num.* 2. scilicet vt sit negotiator,& solitus negotiari,quod habeat præsentaneam,& certam causam negotiationis,& lucri,certi,ac indubitati, quod neutiquam constat in casu nostro,tamen non deberetur propter inopiam,& erumnas debitoris.

Quod ad interesse damni emergentis, nec etiam de eo tractari potest nunc,quia non docuit, neque probauit dictus *Vulpe* illud *passum esse*. Oportet enim istud interesse damni emergentis probare, alioquin pactum de soluendo interesse damni emergentis,illud non probato aliunde, quam per assertionem creditoris, dicitur *vsura palliata*, & catenus sustineretur pactum factum ab initio, in quo certum interesse est taxatum,quatenus postea probaretur vere passum fuisse, ità *Cagnol. in l. curabit, num.* 54.*C: de act. empt. & in l. vnica*, *nu.*49.*&* 51.*C.de sentent. quæ pro eo, quod interest, Rebuff. in repet.d.l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest.glos.vnica,num.*34. *Lup. de vsur. commentar.*1.§.6.*ex.nu.*121.*Barbos.in l.*2. *in principio, p. par.num.*41.vers.*tertio amplia,& num.* 43. vers. *pro concordia, ff. solut.matr.D.Carleual disp.*8.*sect.* 6.ex *num.*79.vers. *quod attinet*, qui allegat *quinquaginta nouem Doctores* pro dicta opinione, &

ele-

elegantissime probat, non valere pactum adiectum de certo interesse à principio, vt possit exequutioni mandari in vim conuentionis, sed vt possit quis obtinere interesse ex mutuo, debet probare, quod sua intersit, sine qua probatione Iudex non potest condemnare debitorem ad soluendum interesse, etiam stante instrumento, vt fundat num. 95.

Et licet non me lateat aliquos DD. tenere contrarium, & quod magis est *praxis* S. C. vt ait *Theodor. alleg. 40. num.* 30. quod interesse lucri cessantis, & eo fortius *damni emergentis*, ex *mora* debitoris passim reficitur de stylo S. C. *absque alia probatione*, eo quod semper (dixit) sunt occasiones emptionum ad rationem septem, vel octo in hac Ciuitate, & Regno.

Quia respondetur hos non posse applicari ad casum nostrum. Primo, quia loquuntur *data mora debitoris*, & non concurrentibus dictis causis quas excusare Ducem, supra fundauimus, & sic deficit factum. Secundo, quia emptiones paratæ erant in illo tempore; in seculo aureo, quo scripserunt *Theodor. Reuit. & Marcian. & Gaitus*, quos allegat *Carleual sub num.* 85. Nunc autem post *reuolutiones*, de facto ementiuntur, cum reuerentia, qui dicunt emptiones esse paratas. Et Hercle hoc non dixerit, *qui habet pecuniam numeratam*. Hoc dicunt, qui *pecunia carent*, sed qui habent illam, maximo eorum incommodo experiũtur, Durius, & laboriosius nunc insudari ad illam bene, tuteque implicandam, quam in ea acquirendam.

Vbi amabò sunt emptiones paratæ? Sacrum Mons Pietatis restituit pecuniam, quam tenet ad quatuor per centum. Domus A. G. P. vltra *alias difficultates, quæ hic non expedit scribere*, nec etiam nũc

ca-

capit ad censum; functiones fiscales, & arrendamenta absque alagio,& subiectæ continuis mutilationibus,& scissuris, Vniuersitates vltra decoctionem redactæ ad nihilum per *pragmaticam editam die 5. Septembris 1650.* vt deducta *bona tenentia* vix sint reditus triginta tres carolenorum pro quolibet centenario,& deinde inexigibiles.

Quo ad particulares dicat idem S. C. quod *graduationes, quod concursus creditorum, quod lites, qua pericula?* Concludit quo ad istas non minus ingenue, quam verissimè *Carleual* ante *num.* 102. *quæ difficultates multis emptiones istas redditunm reddiderunt exosas, & viris prudentibus formidabiles*, & hoc ante reuolutiones, quid nũc queso diceret? & vt dixi hęc non credet, nisi qui experitur,& habet emptiones cum particularibus, & qui *habet pecuniam numeratam.*

Cum ergo hęc emptio fuit facta *triginta septem* dies ante reuolutiones, qua ratione, qua equitate, qua iustitia vult *Vulpis* iste transire absque ullo damno, vt *Collaterale Consilium* dicit in prædicta consultatione, Certe hoc nõ est permittẽdũ; sufficit ei habere sartum tectum *capitale*. Quod siue in bãcis, siue cũ Curia, cũ Ciuitate, cũ vniuersitatibus, siue in domo, siuè in horto, illud dicto calamitoso tempore reposuisset, credendum est non iniectum iri, adeo securum vt ei nunc est conseruatum.

Denique,& tandem sicut, qui habet aliquam iustam causam credendi se non esse debitorem non dicitur in mora dicta *l. quod te 5. in fine, ff. si cert. pet.* ita qui habet aliquam iustam causam differendi, vel recusandi solutionem dicta *l. lecta*, *Mascard. Papon.*& alii, quos allegat,& sequitur *Niger. Cyriac. dicta controu.* 374. *num.* 22. *Franc. Penna decis.* 26. *num.* 6. *& decis.* 33. *num.* 9. immo quod sola dubitatio

tio

tio dummodo non sit affectata, vel resupina, excusat à mora. Quæ iustior causa allegari potest pro Duce Ostuni, quam votum totius Collateralis Consilii fundatum in tot iustissimis, & æquissimis causis cum quo credimus, & speramus S.R.C. se esse conformaturum, saltim dilato tempore donec *Rex D. N.* soluerit interesse ipsi Duci tot aureorum myriadum quas si Dux recuperaret non solum dimitteret *Vulpes*, sed etiam *Leones*, & *Pardos*, & *Rhinocerontes*, quibus comparandi sunt creditores, qui illum, absque vlla misericordia discerpunt, ac dilacerant, quod Vos Iudices nō estis permissuri, saltim vt obsequamini Regi, qui sic de Duce loquitur in suis literis. Datis Mantuæ Carpetanorum die 13. Martii 1654. *Os encargo, y mando, deys la orden, que conu nga al dicho Consejero, paraque luego al punto cesse en esta delegacion. Mandando al Consejo de S.Clara, que proceda en esta causa, conforme a justicia, y le aduertireys, que sin faltar ala justicia se tenga cō el suplicante toda attencion, a lo que ha seruido, y padecido por esta causa, y sea oydo en todo lo que rapresenta, paraque haZienda de tanta consideracion no se venda à precios tan vaxos, y vos por vuestra parte le ampareys, por lo que conuiene assistir alos que se empeñan por mi seruicio, &c.* & in alijs literis eiusdem Maiestatis datis sub die 24. Maij proximi præteriti, mandat eidem Excellentissimo Proregi. *Le hareys guardar la saluaguardia, compliendosela de manera, que contro ella no reciba agrauio ni vexacion, amparandole en quanto los terminos de justicia dieren lugar, teniendole por encomendado para consuelo del suplicante, y exemplo de otros, que assi procede de mi voluntad, &c.*

Hæc occurrunt, &c. Neap. 5. idus Februarij 1655.

Constantinus Casarus.